facere potuerunt et benedictione imperiali caruerunt. Iste venerabilis presul Conradus vir in omnibus prudens atque strennuus pro domo dei p) iuxta prophetam contra adversarios ecclesie murum ex adverso ascendens et intrepidum se opponens pro iuribus atque libertatibus cleri et ecclesie cum civibus et civitate Coloniensi suis superioribus semper emulis atque cervicosis multas et quasi continuas suo tempore tulit guerras, disceptans sorte varia iuxta q) varietatem temporum sedulo cum eisdem. Ad ultimum autem r) sua prudentia et strennuitate et iusto dei iudicio s) disponente contra dictos cives et civitatem diuturnis bellorum fatigationibus lacessitos votis potitus totam ipsam civitatem et regimen eiusdem ipse dominus Conradus in
1259. suam redegit omnino t) potestatem, ita ut eciam ipse cum suo satellicio haberet u) omnium custodiam portarum et municionem pro suo libito v) faciens liberum haberet introitum et exitum civitatis. Multos insuper ex w) scabinis et rectoribus civitatis propter mala iudicia et perversam ~~iudicia~~ iusticiam alios quidem exilio et banno perpetuo condempnavit x), alios extra civitatem ad fortalicia et castra ecclesie captivos deducens vinculis et carceribus perpetuo mancipavit. Idem quoque Conradus comitatum de Hostaden y) cum omni iure suo et atti-
1246. nenciis necnon nobile castrum Are [39] cum suo districtu una cum castro de z) Nurberch a) [40] cum pluribus allodiis ad ipsum ex successione paterna pertinentibus ecclesie Coloniensi contulit. Insuper b) castrum Waldenberch c) et d) castrum Wede e) cum ministerialibus et villis atque possessionibus suis pecuniis f) comparavit g) et ecclesie Coloniensi usque in h) hodie nobiliter

Ezech. 13, 5.

Certe post?

39] Altenahr.

40] Nuerburg.

p) dono domini 2.3. prout 4. q) secundum 1.3. r) tamen 4.4'.4''. s) iudicio deest 1.
t) omnem 3. u) haberet deest 1. v) libitu 4.4'.4''. w) ex deest 3. x) condampnavit 3. condamnavit 4.4'.4''. y) Hoisteden 1. Hosteden 3. z) de deest 3. a) Nurberg 3. Nurbergh 4.4'.4''.
b) Inde 1.3. c) Waldenbergh 1. Waldenberg 3. d) et deest 4.4'.4''. e) Wide 3. Aldenwede 5.6.
f) atque pecuniis 3. g) compararet 1. h) in deest 4.4'.4''.